

*4. Instrumentum venditionis di
Saracena e il figlio Alessandro
in favore di Pietro de Saxo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*4. Instrumentum venditionis di
Saracena e il figlio Alessandro
in favore di Pietro de Saxo*

1207-04

(c. 142r) In nomine sancte ac individue Trinitatis amen.
Anno ab incarnatione millesimo ducentesimo septimo,
mense aprelis, decime indictionis, regnante domino
nostro Frederico Dei gratia excellentissimo rege Sicilie,
ducatus Apule# et principatus Capue, nono anno regni
eius feliciter amen.

1

In presentia bonorum hominum et subscriptorum testium
nos Saracina et Alexander, de civitate Potentie, vendimus
et tradimus tibi Petro de Saxo civi et habitatori
Potentie, unam nostram vineolam et terrulam sitam in
contrata Caure, hiis finibus circumdatam: ab oriente
rivus, a meridie tenet Robertus de Satiis, ab occidente
tenet Girardus de Scam(m)utia et a septentrione tenet
Io(s)settus de Vineola. Hanc autem vineolam et terrulam
qualiter sunt hiis prescriptis finibus circumdatas per
designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus
et ingressionibus suis tibi dicto Petro vendimus et
tradimus insolutum pro quatuor solidis, quos <iam> a
te recepimus nomine totius pretii. Quapropter damus
et tradimus tam tibi prenominato Petro quam tuis
heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi,
possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non
et quocumque modo volueritis alienandi predictam
vineolam et terrulam. Insuper repromictimus tibi et
heredibus tuis defendere et guarentire contra omnes
homines qui te vel tuos heredes molestare vel inquietare
temptaverint supra dictam vineolam et terrulam more
iudiciorum. Et si nos prenominati mater et filius vel
nostri heredes aut aliquis per nos vel nostros heredes
super te vel super tuos heredes venire temptaverimus
A dominice incarnac(ionis)

vel eam deinceps aliquo modo calumniati fuerimus seu per quodlibet (c. 142v) ingenium repetere vel subtrahere vobis quesierimus aut defendere et guarentire eam vobis ab omnibus hominibus, ut supradictum est, voluerimus more iudiciorum, debeamus componere viginti regales aureos «nomine pene», medietatem tibi et heredibus tuis et alteram medietatem regali curie, venditione prefata rata perpetuo permanente. Preterea guadium tibi dedimus et fideiussorem de evictione posuimus Rogerium de presbitero Perro; ad maiorem cauthelam iuravit dictus Alexander, presente dicta Saracina matre eius, super Sancta Dei Evangelia comuniter presentem venditionem per se aut per supradictam personam se nunquam venire, sed ipsa omni tempore inviolabilem observare.

2

3

4

5

6

7

8

A e Pellettieri Taure; trattasi molto probabilmente del toponimo Tora, in una variante grafica con il dittongo, come suggerisce la presenza di un rivus tra i confini

A Satriano

A Sancta Maria

A Iohannes

A de predicta vineola et terrula

A noluerimus

A Ricc(ardo)

9

10

11

12

Et taliter ego Salustius puplicus Potentie notarius hoc
instrumentum scripsi quia interfui. (SN) Signum manus
Iohannis de Barabario qui interfuit Signum manus
magistri Mathei Caldaratii qui interfuit Signum manus
Andre# Caldaratii qui interfuit Signum manus magistri
Gorii qui interfuit

13

14

15

16

A contra

A subpiectam

A ventur(us)

A conservatur(us)

A Baraiano

A Calderarii

A Calderarii

A Coni